Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Super Primo Secundo Tercio et Quarto articulis Examinatus testis Respondit articulos fore veros quia prout articulatur a quinquagenis annis et citra famari audiuit

Super Quinto articulo incipien. Item quod multa et egregia fecit etc. Examinatus testis Respondit articulum fore verum quia in Monasterio Newnburgensi verificatus existat

Super Sexto Septimo et Octauo articulis Examinatus testis Respondit articulos esse veros ex auditu

Super Nono et decimo articulis Examinatus testis dixit se articulata non audiuisse neque inquisitionem fecisse

Super Undecimo articulo incipient Item quod toto tempore vite sue etc. Examinatus testis Respondit eundem verum quia alias fama non surrexisset

Super duodecimo articulo incipien. Item quod propter bona opera sua etc. Examinatus testis Respondit articulum verum quia de articulatis sit publica vox et fama

Super Tredecimo et Quartodecimo articul. Examinatus testis respondit articulata specialiter non audiuisse

Super Quindecimo Sedecimo decimoseptimo et decimooctauo articulis Examinatus testis Respondit eosdem veros ex fama et auditu publico

Super decimonono articulo incipien. Item quod post mortem suam claruit etc. Examinatus testis Respondit in aliis articulata non vidisse Sed quo ad se dixit articulum fore verum Causam sciencie reddit quia ipse per quatuordecim annos intensissimos et maximos dolores in pede dextro passus sit et dum de anno Sexagesimonono fama de sanctitate et miraculis prefati Leopoldi clareret et surrexisset se peregre ad sepulchrum prefati leopoldi pro gracia et releuamine sibi in infirmitate sua impetrandis deuouit voto emisso post paucos dies ab infirmitatibus prefatis conualuit et liberatus sit addens quod eundem expost infra tres menses peregrinacionem non complevisset dictam infirmitatem et longiori gramore recidit Ita quod volnera in ipso crure siue pede ex se supervenientibus apparuerunt ipse testis, Recordatus forte id ex obmissione seu non completione voti emissi accidisse denuo se ad Tumbam dicti leopoldi personaliter deuouit ac ipsum intime inuocauit quo voto iterum emisso et completo dictus testis absque medelis appositis ad statim melius in doloribus habuit et successiue infra octo dies omnino sanatus sit prout hodie sanus existat Credens ipse testis se premissam sanitatem et graciam ex merito beati leopoldi consecutum fore

Super vicesimo articulo incipien. Item quod eiusmodi miraculo etc. Examinatus testis Respondit et credit articulata firmiter